

Poësis 1563.

(Simonis Simonis Leopoldi: Halyonia Polonica,  
Saevae Regiae Majestatis et a Angli-  
onis Regni Poloniae M. D. do Shmarian  
Ordinibus fratre. Haleken inscripsit  
et publice venitavit.)

311012


I Biblioteka Jagiellońska.  
St. Dr.



H. C. 52.

POËTAE POLON.

N. 128.



H.c. 52.

Poer. 1563.

HALCYONIA  
POLONIAE,  
SACRÆ REGIÆ  
MAIESTATI,

¶

AMPLISSIMIS REGNI PO-  
loniæ, Magnique Ducatus Lithua-  
niæ Ordinibus,

Franciscus Hilchen inscripsit, & publicè  
recitauit.

Ophine hoc (inscripsit et publicè recitauit) addidum:  
nam qđi. scripsit, ut recitandum comisit, qđ  
Doctissimus vir Simon Simoniq Leopoldus.

ZAMOSCI  
Martinus Lenscius Typogr. Acad. excudebat.  
Anno Domini M DC VIII.



ЛІНГВІСТИЧНА  
БІбліотека  
Університету  
ЯЗОВИЙ



ОТКРИТА СІМІСЯЦІЯ  
ДЛЯ ПІДСУДНИХ ВІДНОСИ  
ДО ПРАВОСУДДЯ

БІбліотека Університету  
Язловий

311012

I br. St. Dr.

# HALCYONIA POLONIAE.

**P**A X fuit in votis: patriæ pax aurea meta est:  
Non ea quæ bello, sed pacis quæritur: illam  
Obtinuit tandem tot iam labentibus annis,  
Pressa, fatigata, & miserandis casibus acta,  
Ipsaque pene suis exclusa POLONIA terris.  
Nec mirum est, mala multa bonum præcedere finem:  
Bellorum hæc ratio est: per saxa, per aspera tesqua  
Curritur, optat & donec Capitolia pacis  
Tangantur, cœliq; tegat clementia terras.

Multorum hic labor est: Procerum quoq; cura bonorum,  
Quos studiis in patria tenet, & miseratione tangit.  
Gratia debetur multis; sed Maxime rerum,  
Cuncta sciens & cunctavidens, tibi gratia primūm  
Debetur: fieri fas est noua vota per aras.  
Pro Regis, Regni, Procerum, populiq; salute.  
Attulit auxilium Deus: ut nunc nube fugata  
Accedit, nostræ foveat sic lampada pacis.

Proxima debetur SIS VND O gratia REGI:  
Constat enim solidæ quod amans sit pacis, & æqui.  
Credibile est ciues Regni exultare per oras  
Certatim, & pacis iustos memorare triumphos,  
Quod per te leges stent REX, & fædera Regni,

*Libertas fecit, Procerum & pulcherrimus Ordo.  
Esto tui semper similis velut hactenus: esto  
Virtutum columen: tum fida columna Themistos:  
Sic superi hoc studium pensabunt fænore triplo.*

*Tertia nunc Regni Procerum debetur honori  
Gratia, tum partæ florescens gloria palmæ.  
Argumentum ingens, atque immortale dedisti,  
Delecti pietate viri: sarcire ruinas  
Qui patriæ nexu studiis fortiter omnes.*

*Nec tu K I I O V I Æ Palatine indictus abibis  
ZOLKIEVI patrone mihi: te Pallas ab ortu  
Artibus ipsa tuo, pariter te robore Mauors  
Impauidæ armauit dextræ: Respublica iactat  
Ausafidemq; tuaam, tua bellica facta notauit.  
Vulnera quot capto bandi riuisti ferre Bicino,  
Pro Patria, pro Rege nouo, pro Lege vetusta,  
Exutus Michælprædo, & Naleuâius armis,  
Et Carolus referunt. Tua summa pericula belli,  
Tot res quis memoret? Sed quæls ego laudibus æquem  
Cælo facta, truces, quæ, præcipitatus in hostes,  
Impatiens tolerare malos, tu Marte probasti?  
Notus amor patriæ tuus est, tua dexteri nota est,  
Dudum equidem nota hæc: verum nunc vidimus ipsum  
Te laudes superare tuas: tu sana tulisti  
Consilia in medium, longo medicamina morbo*

*Grata*

Grata ministrasti, nec te spississima reram  
Magnarum moles cæptis abterrituit, omnes  
Lætus inexpleta subiisti mente labores.

Quid primum hic laudem? tibi quæ præconia possunt  
Justa dari? Namq; omne tuum (si venui fatebor)  
Hoc opus, hic labore est. Registu sensibus imis,  
Instillasti vltro diuinæ particulam auræ.

Quod post tot Regni fluctus, sæuasq; procellas,  
Nunc demum Halcyones redeant, gliscentia cessent  
Semina bellorum, tua præstítit inclita virtus.


Quam meritò Rex extollit honoribus amplis  
Ad maiora, fidem merces velut optima firmat.

Te meritò Procerum sanctissimus Ordo fauore  
Prosequitur, nec fucato dignatur honore,  
Et meritò pro sorte tua longaq; salute,  
Vota Deo soluit, soli tibi parma salutis  
Contigit hæc nullis vñquam mutabilis annis.

Te prudens meritò Censor ZAMOSCVS, orbis  
Gloria Sarmatici, socium delegit, ad vsus  
Quin etiam occultos duhiis in rebus habebat,  
Fle tuæ fidei certa argumenta secutus,  
Ingeniumq; sagax rimatus, & arte politum.

Maxima perstrinxí paucis. Nunc publica Regni  
In mentem veniunt. Patriæ haud ingloria fulcra,  
O vos concordes animi, optatissima Regni,

Lithuanij; soli membra, & quasi fulcra Senatus;  
Antiqua virtute viri, quo carmine vestrum  
Nomen pro meritis celebrem, aut quæ præmia reddam?  
Quòd non villa domi fuerint incommoda tanti,  
Ut vos abstraherent rebus: quid bella remota  
Nunc sint: quòd tandem pax exoptata triumphet.  
Quòd secuit nodos prudentia summa Senatus,  
Quòd Labyrintheos Ariadnes regia flexus  
Discusit, pressitq; omnes noua semita terras,  
Et deforme chaos pulcherrimus ordo subegit,  
Et placide lætos vitæ meditatur honores  
Astræa: hoc vestri, vestri inquam munera omne est.  
Ergo vester bonos, nomenq; decusq; manebunt,  
Dum pietas, dum pax, dumq; ipsa Polonia viuet.  
Sed monstrate viam, noua quæ Comitia Regni  
cc Robore confirment, quæ vos sanxistis in urbe  
cc Cracouia, niueo versatis pectore, sano  
cc Judicio, planis rationibus, ordine dextro,  
cc Consilioq; graui, Patriæ nutantis amore.  
cc Principij laus magna boni est, sed maxima. FINIS.



180 200 220 240

16

Dobres



